

abundarent: quarum alterius rei copiam exiguam al-
 terius nullam facultatem habet quod utriusque large pa-
 lus prebere poterat. Neque alexandrinis in gerendis nego-
 ciis cunctatio ulla aut mora inferebatur. Nam in om-
 nes partes per quas finis egypti regnumque pertinet: lega-
 tos inquisitoresque delectus habendi causa miserant: &
 innumerabilem multitudinem adduxerat. Nec minus
 in urbe maxime armorum erant institute officinae:
 seruos preterea puberes armauerunt: quibus domini lo-
 cupletiores uictum quotidianum stipendiumque pre-
 bebant. Hac multitudine disposita munitiones semo-
 tarum partium loca tuebantur: ueteranas cohortes
 uacuas in celeberrimis urbis locis habebant: ut qua-
 cumque regione pugnaretur integris uiribus ad auxi-
 lium ferendum opponi possent: omnibus uis atque
 angiportis triplicem uallum obduxerant. Erat autem
 quadrato extractus saxo: neque minus xl. pedes alti-
 tudinis habebat: quaeque partes urbis inferiores erant: has
 altissimis turribus denorum tabularum confixerant
 munierant. Preterea alias ambulatorias totidem ta-
 bularum confixerant: subiectisque eis rotis funibus
 iumentisque obiectis directis pluteis in quamcumque erat
 usus partem mouebant. VRBS fertilissima & copiosis-
 sima omnium rerum apparatus suggererebat. Ipsi homi-
 nes ingeniosi atque acutissimi quae a nobis fieri uiderant:
 ea solertia efficiebant: ut nostri illorum opera imita-
 ri uiderentur: & sua sponte multa reperiabant. Vno
 quoque tempore & nostras munitiones infestabant: &
 suas defendebant. Atque haec principes in conciliis co-
 tionibusque cogitabant: populum ro. paulatim in consue-

at opportuni essent.

tudinem regni occupandi uenire: paucis annis antea
 gabinum cum exercitu fuisse in egypto: pompeium se
 ex fuga eodem recepisse: caesarem uenisse cum copijs:
 neq; morte pompeii quicquam profectum quo minus
 apud se cesar commoraretur. Quem si non expulisset:
 futuram ex regno prouinciam idq; agendum mature:
 namq; cum interclusum tempestatibus propter anni
 tempus recipere transmarina auxilia non posse. Inte-
 rim dissensione orta inter achillam qui ueterano exer-
 citui tunc preerat: & arsinoen Regis ptholomei mino-
 rem filiam: ut supra demonstratum est: cum uterq;
 utriq; insidiaretur: & summam imperij ipse obtinere
 uellet: preoccupat Arsinoe per ganimedem eunu-
 chum nutricium suum: atq; achillam interficit. Hoc
 occiso sine ullo socio & custode ipsa omne imperium
 obtinebat. Exercitus ganimedi traditur. Il suscepto of-
 ficio: largitionem in milites auget: reliqua pari dili-
 gentia administrat. Alexandria est fere tota sub
 fossa specusq; habet ad nilum pertingentes: quibus aqua
 priuati per domus inducitur: que paulatim spatio te-
 poris liquescit ac subsidet. Hac uti domini edificiorq;
 atq; eorum familie consueverunt: nam que flumine
 nilo fertur: adeo est limosa ac turbida: ut multos
 uariosq; morbos efficiat. Sed ea plebs atq; multitudo
 contenta est: necessariq; fons urbe tota nullus est. Hoc
 tamen flumen in ea parte erat urbis que ab alexandri-
 nis tenebatur. Quo facto est admonitus ganimedes:
 posse nostros aqua intercludi qui distributi munitionu
 tuendarum causa uicatim exprinatis edificijs specubq;
 ac puteis extracta aqua utebatur. Hoc probato consi-

lio magnum ac difficile opus aggreditur. Intersep-
tis enim specubus atq; omnibus urbis partibus exclusis
que ab ipso tenebantur: aquę magnam vim ex ma-
ri rotis ac machinationibus exprimere contendit:
hanc locis superioribus fundere in partem cesaris nõ
intermittebat: quam ob causam salior aqua paulo
preter consuetudinem trahebatur. e proximis edi-
ficijs magnamq; hominibus admirationem prebe-
bat: quam ob rem id accidisse nec satis sibi ipsi crede-
bant: cum se inferiores eiusdem generis ac saporis
aqua dicerent uti atq; ante consuessent uulgoq;
inter se conferebant: & degustando quantũ inter
se differrent aquę cognoscebant. Paruo uero tem-
poris spatio hec propior bibi omnino non poterat.
Illa inferior corruptior iam saliorq; reperiebatur. Quo
facto dubitatione sublata: tantus incessit timor ut
ad extremum casum periculi omnes dedudi uide-
rentur: atq; alij morari cesarem dicerent: quin naues
conscendere iuberet: alii multo grauius extimescerent
casum: quod neq; cesari alexandrini possent in appro-
peranda fuga: cum ii tam paruo spatio distarent ab
ipsis: neq; illis imminentibus atq; insequentibus ullus
in naues receptus daretur. Erat autem magna mul-
tudo oppidanorum in parte cesaris quam domi-
cilijs ipsorum non mouerat: quod ea se fidelem nos-
tris palam esse simulabat: & desuisse a suis uidebat:
ut cum non defendendi alexandrini neq; fallaces
essent: neq; temerarij: multaq; oratio frustra absu-
meretur. Cum uero uno tempore & natio eorũ
cognoscatur & natura aptissimum esse id genus

ad prodicionem dubitare nemo potest. Cæsar suorum
timore & consolatione & ratione minuebat nam pu-
teis fossis aquam dulcem reperiri posse affirmabat. om-
nia enim litora naturaliter aque dulcis uenas habe-
re. quod si alia esset litoris egypti natura atq; omnium
reliquorum tamen quoniam mare libere tenerent:
neq; hostes classem haberent. prohibere sese non pos-
sent quo minus quotidie nauibus aquam peterent
uel à sinistra parte à paratonio uel dextra ab insula
que diuersæ navigationes nunq; uno tempore aduer-
sus uentis præcludentur. Fugæ uero nullum esse cō-
siliū non solum iis qui primam dignitatem habe-
rent: sed ne iis quidem qui nihil præter q̄ de uita
cogitarent. Magna negotio impetus hostium ad-
uersos ex munitionibus sustineri. quibus relictis nec
loco nec numero pares esse posse. Magnam autem
moram & difficultatem ascensum in naues habere
presertim ex scaphis summam esse contra in alexā-
drinis uelocitatem locorumq; & edificiorum noti-
tiam. hoc præcipua in uictoria insolentes præcursu-
ros: & loca excelsiora atq; edificia occupaturos. Pro-
inde eius consilij obliuiscerentur atq; omni ratione
esse uincendum cogitarent. Hac ratione apud su-
os habita: atq; omnium mentibus excitatis. dat cē-
turionibus negotium: ut reliquis operibus intermis-
sis ad effodiendos puteos animum conferant: ne-
ue quam partem nocturni temporis intermittant.
Quo suscepto negotio: atq; omnium animus ad labore
mcitatis magna una nocte uis aque dulcis inuenta
est: ita operosis alexandrinorum machinationibus ma-

ximisq; conatibus non longi temporis labore occursum
 est. Eo biduo legio xxxvii. ex dediticiis pompeianis mili-
 tibus cum frumento, armis, telis, tormentisq; imposita
 in naues à domitio caluino ad litora africę paulo su-
 pra alexandriam delata est. Hę naues coro qui mul-
 tos dies continenter flabat. portum capere prohibebantur:
 sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas an-
 choras. Hi cum diu retinerentur. atq; aque inopia pre-
 merentur: nauigio aduario cesarem faciunt certio-
 rem. Cęsar ut per se consilium caperet: quid fa-
 ciendum uideretur: nauem conscendit: atq; omem
 classem se sequi iussit: nullis nostris militibus impositis.
 Quod cum longius paulo discederet: munitiones nudare
 nolebat. Cumq; ad eum locum accessissent qui ap-
 pellatur cheronensius: aquandiq; causa remiges in
 terram exposuisset: non nulli ex eo numero cum lō-
 gius à nauibus predatum processissent: ab equitibus
 hostium sunt excepti. Exiis cognouerunt cesarem ipuz
 in classe uenisse: nec ullos milites in manibus habere.
 Qua re comperta: magnam sibi facultatem fortunam
 optulisse benegerende rei crediderunt. Itaq; naues
 omes quas paratas habuerant ad nauigandum. pro
 pugnantibus instruxerunt: cesariq; redeunti cum
 classe occurrerunt. Qui duabus de causis ea die di-
 micare nolebat quod & nullos milites in nauibus ha-
 bebat: & post horam x. diei res agebatur. Nox autem
 allatura uidebatur maiorem fiduciam illis qui lo-
 corum notitia confidebant: sibiq; etiam hortandi
 suos auxilium defuturum: quod nulla satis esset ido-
 nea hortatio que neq; uirtutem posset notare: neq;

inertiam. Quibus de causis naues quas potuit ad terram
decebat: quem in locum illos successuros non existima-
bat. Erat una nauis rhodia in dextro cesaris cornu
longe ab reliquis collocata. Hanc conspicati hostes non
tenuerunt sese: magnoque impetu: iiii. ad eam rostrate
nauis & complures aperte contenderunt. Cui coactus
est cesar ferre subsidium: ne turpem in conspectu hos-
tium contumeliam acciperet quam siquid grauius
illis accidisset: merito casurum iudicabat. Prelium
commissum est magna contentione rhodiorum. Qui
cum in omnibus dimicationibus & scientia & uir-
tute prestitissent: tum maxime illo tempore totum
onus sustinere non recusabant: ne quod suorum cul-
pa detrimentum acceptum uideretur. Ita prelium
secundissimum est factum. Capta est una hostium
quadriremis: depressa est altera: alteraque perturba-
ta: deinde omnibus epibatis nudate: magna prete-
rea multitudo in reliquis nauibus propugnatorum
est interfecta. Quod nisi nox prelium diremisset:
tota classe hostium cesar potitus esset. Hac calamita-
te perterritis hostibus: aduerso uento leniter flante
nauis onerarias cesar remulco uictoricibus suis nauibus
alexandriam deducit. Eo detrimento adeo sunt
fracti alexandrini: cum iam non uirtute propugnato-
rum sed scientia classiariorum & nauigatorum se
uictos uiderent. Quibus & superioribus locis subleua-
bantur: ut ex edificiis defendi possent: & materia
cunctam obijcerent: quod nostre classis oppugnatio-
nem etiam ad terram uerebantur. Idem postea quod
ganimedes in concilio confirmauit sese & eas quae

essent amissæ restitutum & numerum ad aucturæ
 magna spe & fiducia ueteres reficere naues: accura-
 tiusq; huic rei studere atq; inseruire instituerunt. Attamē
 & si amplius ex nauibus longis in portu naualibusq; mise-
 rant: non tamen reparandæ classis cogitationem depo-
 suerunt. Videbant enim non auxilia cesaris non com-
 meatus supportari posse si classe ipsi ualere. Præterea
 nautici homines urbis & regionis maritimæ: quotidia-
 no usu à pueris exercitati ad naturale & domesticū
 bonum resurgere cupiebant: & quantum paruulis na-
 uigijs profecissent sentiebant. Itaq; omni studio ad pa-
 randam classem incubuerunt. Erant omnibus hos-
 tibus nuli custodiæ exigendi portorii causa dispositæ na-
 ues ueteres: erant in occultis regis nri nauibus quibus
 multis annis ad nauigandum non erant usi: has refi-
 ciebant: illas alexandriam reuocabant. Deerant
 remi porticus gymnasia publica edificia detegebat:
 asseres remorum: asseres usum obtinebant. Aliud
 naturalis solertia: aliud urbis copia subministrabat.
 Postremo non longam nauigationem parabant: sed
 presentis temporis necessitati seruirebant: & in ipso
 portu confligendum uidebant. Itaq; paucis diebus
 contra omnium opinionem quadremes xxii. quī-
 queremes quinque confecerunt. Ad has minores aper-
 tasq; complures adiecerunt: & in portu periclitati re-
 migio: quid queq; earum efficere posset: idoneos mi-
 lites imposuerunt: seq; ad confligendum omnibus
 rebus parauerunt. Cesar rhodias naues viii. habe-
 bat: nam decem missis una in cursu litore egyptio
 defecerat. Ponticas viii. Lucias v. ex asia xii. ex his

erant quinqueremes & quadreremes decem. Reliquae
infra hanc magnitudinem & plerique aperta tamen
uirtute militum confisus: cognitis hostium copijs se ad
dimicandum parabat. Postquam eo uentum est: ut sibi
uterque eorum confideret: Caesare pharon classe circu-
uehitur: aduersasque naues hostibus constituit. In dex-
tro cornu rhodios collocat: in sinistro ponticos inter
hos spatium cccc. passuum reliquit quod satis esse ad
explendas naues uidebatur. Post hunc ordinem reli-
quas naues subsidio distribuit: quae quaque earum sequa-
tur: & cui subueniat constituit: atque imperat. Non du-
bitanter alexandrini classem producunt atque instruunt:
in fronte collocant xxii. reliquas subsidiarias in secun-
do ordine constituunt. Magnum praeterea nume-
rum minorum nauigiorum & scapharum x. producunt:
cum malleolis ignibusque si quid ipsa multitudo & clamor
& flamma nostris terroris afferre possent. Erant inter
duas classes uada transitu angusto: quae pertinent ad
regionem africam (sic enim praedicant partem esse ale-
xandriae dimidiam africam: satisque diu inter ipsos est
expectatum ab utrisque transseundi fieret initium): prop-
terea qui intrassent: & ad explicandam classem &
ad receptum si durior accidisset casus: impeditiores
fore uidebantur. Rhodius nauibus praerat eufra-
nor animi magnitudine ac uirtute magis cum nos-
tris hominibus quam cum grecis comparandus. Hic ob no-
tissimam scientiam atque animi magnitudinem delect-
tus est ab rhodijs: qui imperium classis obtineret. Qui
ubi caesaris animum aduertit: videris mihi inquit
caesar uereri si haec uada primis nauibus intrare:

ne prius dimicare cogaris q̄ reliquam classem potueris expli-
 care. Nobis rem committe. Nos pr̄lium sustinebimus. Ne-
 q̄ iudicium fallamus: dum reliqui subsequantur. Hostes
 quidem diutius in nostro conspectu gloriari magno no-
 bis & dedecori & dolori est. Caesar illum adhortatus:
 atq̄ omnibus laudibus prosecutus dat signum pugnae
 progressas ultra uadum quattuor rhodias nauis circūstitit
 alexandrini: atq̄ in eas impetum faciunt. Substinent
 illi: atq̄ arte solertiq̄ se explicant. Ac tantum doctri-
 na potuit: ut in dispari numero nulla transversa hosti
 obiceretur: nullęq̄ remis detegerentur: sed semper ue-
 nientibus aduersę occurrerent: interim sunt reliquae
 subsecute. Tum necessario discessu ab arte est propter an-
 gustias loci: atq̄ omne certamen in uirtute consistit.
 Neq̄ uero alexandris fuit quisq̄ aut nostrorum aut op-
 pidanorum qui aut in opere aut pugna haberet occu-
 patum animum: quin altissima tecta peteret: atq̄ ex
 omni prospectando loco spectaculum caperet: precibusq̄
 & uotis uictoriam suis a diis immortalibus exposceret.
 Minime enim par erat pr̄lij certamen: nostris enim
 pulsus neq̄ terra neq̄ mari effugium dabatur ulluz:
 omniaq̄ uictis erant futura in incerto. Illi si superas-
 sent nauibus: omnia tenerent: si inferiores fuissent:
 reliqua cum fortuna periclitarentur. Simul illud
 graue ac miserum uidebatur per paucos de summa
 rerum ac de salute omnium decertare. Quorum si
 quis aut animo aut uirtute cessisset: reliquis etiam
 esset cauendum: quibus pro se pugnandi facultas
 non fuisset. Hec superioribus diebus sepe numero cesar
 suis exposuerat ut hec maiore animo contenderent:

quod omnium salutem sibi commendatam uiderent.
Eadem suum quisque contubernalem amicum notumque pro-
sequens erat obtestatus: ne suam atque omnium fallat opi-
nionem: quorum iudicio delectus ad pugnam proficis-
ceretur. Itaque hoc animo est decertatum: ut neque ma-
ritimis nauticisque solertia atque ars presidium ferret: neque
numero nauium prestantibus multitudo prodesset: neque
freti ad uirtutem ex tanta multitudine hostium: uir-
tutes nostrorum possent adsequare. Capiuntur hoc pre-
lio decem biremes cum defensoribus suis remigibusque:
& deprimuntur tres nostris incolumibus omnibus. Re-
liquae propinquum fugam ad oppidum capiunt: quas
protexerunt: hostes e molibus atque edificiis imminenti-
bus: & nostros adire propius prohibuerunt. Hoc ne sibi se-
pius accidere posset: omni ratione cesar contendendum
existimauit: ut insulam molemque ad insulam pertine-
tem in suam redigeret potestatem. Perfectis enim magna
ex parte munitionibus & oppidum urbem tempore u-
no temptari posse confidebant. Quo capto consilio: co-
hortes decem & leuis armature electos quos idoneos
ex equitibus gallis arbitrabatur: in nauigia minora sca-
phasque imponit. Inque alteram insule partem distinen-
de manus causa constrictis nauibus aggreditur: premis-
que magnis propositis qui primum insulam cepisset. At pri-
mo impetu nostrorum sustinuerunt pariter. Vno enim
tempore & ex tectis edificiorum propugnabant: & li-
tora armati defendebant. Quo propter asperitatem
loci non facilis nostris aditus dabatur: & scaphis nau-
ibusque longis quinque mobiliter & scienter angustias lo-
ci tuebantur. Sed ut primum locis cognitis uadis que

pertemptatis pauci nostri in litore constiterunt. Hosq; sūt
 alij subsecuti: constanteq; in eos qui in litore equo instite-
 rant: impetum fecerunt: omnes pharite terga uerterūt.
 Hi pulsi custodia portus relicta: naues ad litora & uicum ap-
 plicare: seq; ex nauibus ad tuenda edificia eiecērunt.
 Neq; uero diutius ex munitione se continere potuerunt:
 & si esset non dissimile illorum atq; alexandrie genus
 edificiorum: ut minora maioribus conferantur: turresq;
 editę & coniuctę: muri locum obtinebant. Neq; nostris
 ut scalis aut cratibus: aut reliquis rebus parati uenerāt
 ad oppugnandum: sed terror hominibus mentem eo-
 siliūmq; eripit & membra debilitat: ut tum acci-
 dit: nam qui se in equo loco ac plano pares esse cō-
 fidebant iidem perterriti fuga suorum & cede pau-
 corum .xxx. pedum altitudine in edificijs consis-
 tere ausi non sunt: seq; per molem in mare preci-
 pitauerunt: & dcc passuum interuallo ad oppidū
 enatauerunt: multi tamen ex iis capti interfectiq;
 sunt. Sed numerus captiuorum omnino fuit ^mvi.
 Cæsar præda militibus concessa: edificia diripi iussit:
 castellūmq; ad pontem qui prior erat pharo cōmu-
 niuit: atq; ibi presidium ponit. Hunc fuga pharite
 reliquerant: fortiorem illum propinquioremq; op-
 pido alexandrini tuebantur. Sed cum postero die
 simili ratione aggreditur: quod iis obtentis duobus:
 omnem nauigiorum excursū & repentina latro-
 cinia sublaturū se uidebatur. Jamq; eos qui pro præ-
 sidio eum locum tenebant: tormentis & nauibus sa-
 gittisq; depulerat: atq; in oppidum redēgerat: & co-
 hortium trium instar in terram exposuerat. Nō

enim plures consistere angustis loci patiebantur. Reliquæq; cōpis in nauibus stationem obtinebant. Quo facto imperat: pontem aduersus hostem preuallari: & qua exitus nauibus erat: phornice extracto quo pot sustinebatur: lapidibus oppleri atq; obstrui. Quorū altero opere effecto ut nulla omnino scapha egredi posset. Altero instituto omnes alexadrinorum cōpis & oppido se eiecerunt: & contra munitiones pontis latiore loco constiterunt. Eodemq; tempore que consueuerant nauigia per pontes ad incendia onerariarum emittere: ad molem constituerunt. Pugnabatur à nobis ex ponte: ex mole ab illis ex arca que erat aduersus pontem & ex nauibus contra molem. In his rebus occupato cesare: militesq; hortante: remigum magnus numerus & classiariorum ex longis nauibus nostris in molem se eiecit. Pars eorum studio spectandi ferebatur: pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum nauigia hostium lapidibus ac fundis à mole repellebant: ac multū proficere multitudine telorum uidebantur. Sed postq; altera eum locum ablatere eorum aperto ausi sunt egredi ex nauibus: alexadrini pauci: ut sine signis certisq; ordinibus sineq; ratione prodierant: sic temere se in naues receperunt. Quorum fuga incitati alexandrini plures ex nauibus egrediebantur: nostrosq; acrius perturbatos insequiebantur. Simul qui in nauibus longis remanserant: scalas rapere: nauesq; à terra repellere properabant: ne hostes nauibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri cohortium trium que in ponte

ac prima mole constiterant: cum post se clamorem
exaudirent: fugam suorum uiderent: magnam uiz
telorum aduersi sustinerent: ueriti ne a tergo circu-
uenirentur & discessu nauium omnino reditu inter-
cluderentur munitionem in pontem institutam re-
liquerunt: & magno cursu incitati ad naues contem-
derunt. Quorum pars proximas nacta naues: mul-
titudine hominum atq; onere depressa: pars resistēs
& dubitans quid esset capiendum consilij ab alexan-
drinis interfecta est: non nulli foelicioe exitu expe-
ditos ad anchoram naues consecuti incolumes discesse-
runt. Pauci alleuati scutis & animo ad conandum
nisi ad proxima nauigia amatare. Cæsar quoad po-
tuit cohortando suos ad pontem ac munitiones contē-
dere eodem in periculo uersatus est. Postq; uniuersos cē-
dere animaduertit: in suum nauigium se recepit. Quo
multitudo hominum insecuta cum irrumperet: neq;
administrandi neq; repellendi a terra facultas daretur:
fore quod accidit suspicatus sese ex nauigio eiecit: & ad
eas que longius constiterant naues amatauit: hinc
suis laborantibus subsidio scaphas mittens non nullos cō-
seruauit: nauigium quidem eius multitudine depressū
militum: una cum hominibus interijt. Hoc prelio desy-
derati sunt ex numero legionariorum militum circi-
ter cccc. & paulo post eum numerum classiarij & remi-
ges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitioni-
bus multisq; tormentis confirmare. Atq; egestis ex ma-
ri lapidibus libere sunt usi postea admittenda na-
uigia. Hoc detrimento milites nostri affuerunt ut
perturbarentur: ut incensi atq; incitati magnas accē-

siones fecerunt in operibus hostium expugnandis: in pre-
lijs quotidianis quandocumq; fors obtulerat: procurrenti-
bus & erumpentibus alexandrinis manum comprehen-
di: multum operibus & ardentibus studijs militum.
Hec diuulgata cesaris hortatio subsequi legionum aut
laborem aut pugnandi poterat cupiditatem: ut magis
deterrendi & continendi a periculosissimis essent dimi-
cationibus q̄ incitandi ad pugnandum. Alexandrini
cum romanos & secundis rebus confirmari & aduersis
incitari uiderent: neq; ullum belli tunc casum noscerent:
quo possent esse firmiores: ut coniectura consequi possunt:
aut admoniti a regis amicis qui in cesaris erant presi-
dijs: aut suo priore consilio per occultos nuncios regis
probato: legatos ad cesarem miserunt: ut dimitteret
regem transireq; ad suos pateretur: paratam em̄
omnem multitudinem esse confectam tedio puel-
le: fiduciaro regno dominatione crudelissima ga-
nimedis facere id quod rex imperasset. Quo si auc-
tore in cesaris fidem amicitiamq; uenturi essent: nul-
lius periculi timorem multitudini fore impedime-
to quo minus se dederent. Cesar & si fallacem gentem
semperq; alia cogitantem: alia simulantem bene cogni-
tam habebat: tamen petentibus dare ueniam: utile
constituit esse. Quod si quo facto sentiret ea que postu-
larent: mansurum in fide: dimissum regem crede-
bat. Sin id quod magis illorum nature conueniebat:
ducem ad bellum gerendum regem habere uellent:
splendidius atq; honestius se contra Regem q̄ contra
conuenarum ac fugitiuorum manum bellum esse ges-
turum. Itaq; regem cohortatus: ut consuleret regno pa-

202

terno parceret preclarissime patrie que turpibus incendijs & ruinis esset deformata. Ciues suos primum ad sanitatem reuocaret: deinde conseruaret fidem populi ro. sibiq; prestaret: cum ipse tantum ei crederet: ut ad hostes armatos eum mitteret: dextra dextram tenens dimittere cepit aduultum iam etate puerum. At Regis animus disciplinis fallacissimis eruditus: ne a gentis sue moribus degeneraret: flens orare contra cesarem coepit: ne se dimitteret. Non enim regnum ipsum conspectu cesaris esse iocundius: compressisq; pueri lachrimis cesar ipse commotus celeriter si illa sentiret fore eum secum affirmans ad suos dimisit. Ille ut a carceribus in liberis cursum emissus adeo contra cesarem acriter bellum gerere cepit: ut quas in colloquio proiecerat lachrimas: gaudio uideretur profudisse. Accidisse hoc complures cesaris legati amici centuriones militesq; letabantur: quod nimia bonitas eius fallacijs pueri clausa esset. Quasi uero id cesar bonitate tantum adductus ac non prudentissimo consilio fecisset: Cum duce assumpto alexandrini nihilo se firmiores factos aut languidiores romanos animaduertent: eludentibusq; militibus: regis etatem atq; infirmitatem magnum dolorem acciperent: neq; se quicq; proficere uiderent: rumoresq; existerent: magna cesari presidia terrestri itinere Syria cilyciq; adduci. Quod nondum auditum cesari erat: com meatum qui mari nostris supportabatur: intercipere statuerunt. Itaq; expeditis nauigijs locis idoneis ad canopum in statione dispositis nauibus insidiabantur nostris com meatibus. Et ubi cesari nunciatum est: unam classem iubet ex-

pediri atq; instrui. Prefecit huic Tyberium neronem.
Proficiscuntur in ea classe ^hodie naues: atq; in iis eufra-
nor sine quo ulla unq; dimicatio maritima: nulla
etiam parum foelicitet confecta erat. At fortuna
que plerimq; eos quos plurimis beneficijs ornauit:
ad duriozem casum referuat: superiorum temporum
dissimilis eufranorem persequabatur. Nam cu ad
canopum uentum esset: instructaq; utraq; classis
confluxisset: & sua consuetudine eufranor primus
prelium commisisset: & illi triremem hostium per-
forassent: ac demersissent: proximam longius in-
secutus parum celeriter insequentibus reliquis circu-
uentus est ab alexandrinis cui subsidium nemo tulit:
sue quod in ipso satis presidij pro uirtute ac felicitate
eius putarent esse: sue quod ipsi sibi timebat.
Itaq; unus ex omnibus eo prelio bene rem gessit: so-
lus cum sua quadremit uictrix perijt. Sub idem
tempus mitridates pergamenus magne nobilitatis
domi scientiq; in bello & uirtutis fidei dignitatisq;
in amicitia cesaris missus in syriam cilyciamq; ini-
tio belli alexandrinj ad auxilia accersenda cum
magnis copiis quas celeriter & impesissima ciui-
tatis uoluntate & sua diligentia confecerat: iti-
nere pedestri quo coniungitur egyptus syrie pe-
lusum adducit: idq; oppidum firmo presidio occu-
pauerat achillas pp opportunitatem loci. Namq; to-
ta egyptus maritimo accessu pharo pedestriq; pelu-
sio: uelut claustris munita existimatur: repen-
te magnis circumdatum copiis multiplici presidio
pertinaciter propugnantibus & copia^{rum} magnitu-

dine quas integras uulneratis defessisq; subijciebat & perseverantia constantiaq; oppugnandi quod die est aggressus: redegit in suam potestatem: presidiumq; suum ibi collocavit. Inde re bene gesta alexandria ad cesarem contendit: omnesq; eas regiones per quas iter faciebat: auctoritate ea que plerumq; adest uictori placarat: atq; in amicitiam cesaris redegerat. Locus est fere regionum illarum nobilissimus non longe ab alexandria qui nominatur delta: quod nomen a similitudine littere cepit: nam pars quedam fluminis nili mire deriuata: inter se duobus itineribus paulatim medium inter se spatium relinquens: diuersissimo ad litus intervallo a mari coniungitur. Cui loco cum appropinquare mithridatem rex cognouisset: & transeundum ei flumen sciret: magnas aduersus eum copias misit: quibus uel superari deleviq; mithridatem: ut sine dubio retineri posse credebat. Quemadmodum autem optabat cum uinci sic satis habebat interclusum a cesare a se retineri. Quae primae copiae flumen a delta transire & mithridati occurrere potuerunt: prelium comiserunt festinantes precepere subsequenter uictorie societatem. Quorum impetum mithridates magna cum prudentia constantiaq; uirtutum & alexandrinorum imprudentia: consuetudine nostra castris uallatis sustinuit. Cum uero incaute atq; insolenter succedere eos munitonibus uideret: eruptione undiq; facta: magnum numerum eorum interfecit. Quod nisi locorum notitia reliqui se texissent: partimq; in naues q; b; q;

flumen transierant recepissent: funditus deleti essent.
Qui ut paululum ab illo timore se retrahere adiunctis
ijs qui subsequerantur: rursus oppugnare mithri-
datem coeperunt. Mittitur à mithridate nuncius
cesari qui rem gestam perferret: cognoscit ex suis eadem
haec accidisse Rex. Ita penè sub idem tempus & rex ad op-
primendum mithridatem proficiscitur: & cesar ad
recipiendum celeriore fluminis nili navigatione rex
est usus in qua magnam & paratam classem habebat.
Cesar eodem itinere uti uoluit ne nauibus in flumini-
bus dimicaret: sed circūuectus eodem mari quod afri-
cae partis esse dicitur sicuti supra demonstrauimus:
prius tamen regis copijs occurrit: q̄. is mithridatē aggre-
di posset. Eumq; ad se uictorem incolumi exercitu rece-
pit. Considerat cum copijs loco natura munito: quod
erat ipse excelsior planicie ex omnibus partibus subiecta.
Tribus autem ex lateribus uarijs genere munitionibus
tegebatur. Vnum latus erat abiectum flumini nilo:
alterum editissimo loco ductum: ut partem castrorū
obtineret: tertium palude cingebatur. Inter castra re-
gis & cesaris flumen intercedebat angustum altissimis
ripis quod in nilum influebat. Aberat autem à regis
castris miti. pass. circiter vii. Rex cum hoc itinere
uenire cesarem comperisset equitatum omnem expe-
ditosq; delectos pedites ad id flumen misit qui transi-
tu cesarem prohiberent: & è minis è ripis praelium im-
par inirent. Nullum enim processum uirtus habebat:
aut periculum ignauia subibat. Quae ^{res} incendit dolore
milites equitesq; nostros quod tam diu impari praelio cū
alexandrinis certaretur. Itaq; eodem tempore equites

germani dispersi uada fluminis quarentes partem de-
 millioribus ripis flumen tranarunt & legionarii magnis
 arboribus excisis que longitudine utranq; ripam con-
 ingerent proiectis: repentinoq; aggere iniecto flume
 transierunt. Quorum impetum adeo pertimuerunt hos-
 tes: ut in fuga spem salutis collocarent. Sed id frustra:
 namq; ex ea fuga pauci ad regem refugerunt pene
 omni reliqua multitudine interfecta. Cesar re cla-
 rissima gesta cum subitum aduentum suum indi-
 caret: magnum terrorem alexandrinis iniecturū:
 protinus uictor ad castra Regis pertendit. Hec cum
 & opere magna uallata & loci natura munita ani-
 maduerteret: confectamq; armatorum multitudi-
 nem collocatam in uallo uideret: lapsos itinere ac
 preliando milites ad oppugnanda castra succedere
 noluit. Itaq; non magno interuallo relicto ab hoste
 castra posuit. Postero die castellum quod Rex in pro-
 ximo uico non longe a suis castris munierat: brachi-
 isq; cum opere castrorum commiserat: uici obtinen-
 di causa cesar aggressus omnibus copiis expugnat:
 non quod id minore numero militum consequi dif-
 ficile factu putaret: sed ut ab ea uictoria perterritis
 alexandrinis protinus castra regis oppugnaret. Itaq;
 eo cursu quo refugientes alexandrinos: ex castello
 in castra sunt milites insecuti: munitionibus suc-
 cesserunt: acerrimeq; eminus preliari coeperunt: du-
 abus ex partibus aditus oppugnationis nostris daba-
 tur: una quam liberum accessum habere demos-
 traui: altera que mediocri interuallum inter cas-
 tra & flumen nilum habebat maxima & electissi-

ma multitudo alexandrinorum defendebat eam
partem que facillimum aditum habebat. Plurimum
autem proficiebant in repellendis uulnerandisque nos-
tris qui regione fluminis nili propugnabant. Diuer-
sis enim telis nostri figebantur. Auerſi exuallo caſtro-
rum merſique flumine in quo multe naues instructe
funditoribus & ſagittarijs nostros impugnabant. Ceſar
cum uideret milites acrius preliari non poſſe: nec
tamen multum proficiſci ꝑꝑ. locorum difficultatem.
cumque animaduerteteret excelſiſſimum locum caſtro-
rum relictum eſſe ab alexandrinis: quod & per ſe
munitus eſſet: & pugnandi partim ſtudio: partim
decurriffent in eum locum in quo pugnabatur: co-
hortes illo circūire caſtra & ſummum locum aggre-
di iuſſit. liſque carfulenum preſecit: & animi magni-
tudine & re militariſ ſcientia uicem preſtante.
Quo ut uentum eſt: paucis defendentibus muni-
tionem: noſtris contra militibus acerrime pugna-
tibus: diuerſo clamore & prelio perterriti alexan-
drini trepidantes in omnes partes caſtrorum diſcur-
rere coeperunt. Quorum in perturbatione noſtro-
rum animi adeo ſunt incitati: ut pene eodem tē-
pore ex omnibus partibus primi tamen editiſſimū
locum caſtrorum caperent. Ex quo decurrentes ma-
gnam multitudinem hoſtium in caſtris interfecerūt.
Quod periculum plerique alexandrimi fugientes acerua-
tim ſe de uallo precipitauerunt in eam partem
que flumini erat adiuncta. Horum primis in ipſa
folla munitionis magna ruina oppreſſis: ceteri fa-
ciliorem fugam habuerunt. Conſtat fuiſſe ex caſt

regem ipsum: receptumque in nauem multitudine eo-
 rum qui ad proximas naues amatabant: demerso na-
 uigio perisse. Res felicissime celerrimeque gesta. Caesar
 magnae uictoriae fiducia proximo terrestri itinere ale-
 xandriam cum equitibus contendit: atque ea parte op-
 pidi uictor introit que presidio hostium tenebatur.
 Neque eum consilium suum fefellit: quin hostes eo prelio
 audito nihil iam de bello essent cogitaturi. Dignum
 adueniens fructum uirtutis & animi magnitudinis
 tulit. Omnis enim multitudo oppidanorum ar-
 mis proiectis: munitionibusque suis relictis ueste ea
 sumpta qua supplices dominantes deprecari con-
 suerunt: sacrisque omnibus preclaris quorum religio-
 ne precati offensos iratosque animos regum erant
 soliti: aduenienti cesari occurrerunt: seque ei dedi-
 derunt. Caesar in fidem receptos consolatus per hos-
 tium munitiones in suam partem oppidi magna gra-
 tulatione uenit suorum qui non tantum bellum
 ipsum ac dimicationem: sed etiam talem aduen-
 tum eis felicem fuisse letabantur. Caesar egypto
 atque alexandria potitus: reges constituit: quos ptho-
 lomeus testamento scripserat: atque obtestatus erat
 p. r. ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pu-
 eris rege amisso minori tradidit regnum: maio-
 ri que ex duabus filiabus cleopatrae que manserat
 in fide presidisque eius. Minorem Arsinoen cuius no-
 mine diu regnasse ganimedem impotentem docui-
 mus: deducere ex regno statuit: nequa rursus no-
 ua dissensio priusque diuturnitate confirmaretur regio imperium per hostes sediti
 Legionem ibi ueterana sexta secum reducta: ceteras suos nasceretur...

reliquit: quo firmitus esset eorum regum imperium.
qui neq; amorem suorum habere poterant quod fi-
deliter permanerent in cesaris amicitia: neq; uetus-
tatis auctoritatem paucis diebus reges constituti sunt
ad imperij nostri dignitatem utilitatemq; publica
pertinere existimabat si permanerent in cesaris fi-
de Reges: presidij quoq; nostris fore tutos: si essent in-
grati: posse eisdem presidij coerceri. Sic rebus omnib;
confectis & collocatis ipse itinere pedestri profectus
est in Syriam. Dum haec in egypto geruntur: Rex
Deiotarus ad domitium caluinum cui cesar asiam
finitimasq; prouincias & regiones administrandas
tradiderat: uenit oratum ne armoeniam minore
regnum suum: neue cappadociam regnum Ariobar-
Zanis possideri uastariq; pateretur a Pharnace. Quo
malo nisi liberarentur: imperata se facere pecuni-
amq; promissam cesari non posse persoluere. Domiti-
us cum non tantum ad explicandos sumptus rei mi-
litaris pecunia necessariam esse iudicaret: sed etia
turpe populo ro. & cesari uictori sibiq; infamie esse
statueret: regna sociorum atq; amicorum ab externo
Rege occupari: nuncios confestim ad Pharnacem mi-
sit. Armoenia cappadociaq; decederet: neue occu-
patione belli ciuilib; populi ro. ius potestatemq; tempta-
ret. Hanc deminciationem cum maiorem uim ha-
bituram existimaret: si propius eas regiones cu exer-
citu accessisset. Ad legiones profectus unam ex tri-
bus xxxvi. secum ducit: duas in egyptum ad cesarem
mittit litteris eius euocatas. Quarum altera bello ale-
xandrino non occurrit: quod itinere terrestri per

Syriam erat missa. Adiungit. C. N. domicius legiones
 xxvi. duas ab Deiotaro. quos ille disciplina & armatu-
 ra nostra complures annos constitutas habebat. equi-
 tesq. C. totidemq. ab Ariobarzane sumit. Mittit. P.
 sextium ad C. pletorium questorem: ut legionem ad-
 duceret que ex tumultuarijs militibus in ponto con-
 fecta erat. Quintumq. patisium in cilyciam ad au-
 xilia accersenda: que copie celeriter omnes iussu
 domicij comana conuenerunt. Interim legati a pha-
 nace hec responsa ferunt: Cappadocia se decessisse:
 Armoeniam minorem recepisse: quam paterno noie
 iure obtinere deberet. Deniq. eius regni causa inte-
 gra cesari seruarietur: paratum enim se facere quod
 is statuerat. P. domicius cum animaduerteter eum
 cappadocia decessisse non uoluntate abductum: sed
 necessitate: quo facile armoeniam defendere posset:
 subiectam suo regno. Quam cappadociam longius
 remotam: quodq. omnes tres legiones adducturum
 domicium putaret. Ex quibus cum duas ad cesarem
 missas audisset: audaciusq. in armoeniam substitisset
 perseuerare coepit: ut eo quoq. regno decederet. Neq.
 enim aliud ius esse cappadocie atq. armoenie: nec ius-
 te eum postulare: ut in cesaris aduentum res integra
 differretur: id enim esse integrum quod ita esset ut
 fuisset. His responsis datis cum ijs copijs quas supra scrip-
 si profectus est in armoeniam: locisq. superioribus iter
 facere instituit. Nam ex ponto comana iugum habet
 editum siluestre pertinens in armoeniam minorem
 quo cappadocia finitur ab armoenia: cuius itineris has
 esse certas opportunitates constat: quod in locis superiorib.

nullus impetus repentinus accidere hostium poterat. & quod cappadocia his iugis subiecta. magnam comestus copiam erat sumministratura. Complures enim legationes pharnaces ad domicium mittit. quae de pace agerent. regiisque munera domicilio ferrent. Ea constanter omnia aspernabatur. nec sibi quicquam fore antiquius quam dignitatem. P. R. & regna sociorum recuperare legatis respondebat. Magnis & continuis itineribus confectis. cum aduentaret ad nicopolim. quod oppidum positum in armoenia minore est. plano ipsum loco montibus tantum altis ab duobus lateribus abiectis. satis magno intervallo ab oppido remotis castra posuit longe a nicopoli circiter milia passuum vii. Quibus ex castris cum locus angustus atque impeditus esset transeundus. pharnaces in insidijs delectos pedites omnesque pene disposuit equites. magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces disponi iussit. paganosque & oppidanos in iis locis obuersari. ut siue amicus siue inimicus domicius eas angustias transfret. nihil de insidijs suspicaretur. cum in agris & pecora & homines animaduerteret uersari. tantumque amicorum greges. Si uero in hostium fines ueniret. praeda diripienda milites dissiparentur. dispersique cederentur. Haec cum administraret nunquam tamen non intermittebat legatos de pace atque amicitia mittere ad domicium. cum hoc ipso crederet facilius eum decipi posse. At contra spes pacis domicilio in eisdem castris morandi attulit causam. Ita Pharnaces amissa proximi temporis occasione ueritus ne cognoscerentur insidiae. suos in castra reuocauit. Domitius

postero die propius nicopolim accessit: castraq; oppido cō-
 tulit. Quae dum muniunt nostri: pharnaces aciem ins-
 truxit suo more atq; instituto. In fonte enim simplici
 directa acie cornua ternis firmabantur subsidijs: ea-
 dem ratione media collocabantur acie: duobus dex-
 tra sinistraq; interuallis simplicibus ordinibus instruc-
 tis. Perfecit inceptum castrorum opus domitius parte
 copiarum pro uallo instituta. Proxima nocte phar-
 naces interceptis tabellarijs: qui de alexandrinis re-
 bus litteras ad domitium ferebant. Cognoscit cesa-
 rem magno in periculo uersari flagitariq; à domitio:
 ut q̄ primum sibi subsidia mitteret: propiusq; ipse ale-
 xandriam per syriam accederet. Qua cognita re pha-
 naces uictoriae loco ducebat: si trahere tempus posset:
 cum discessurum domitium celeriter putaret. Itaq;
 ab oppido qua facillimum accessum & equissimū ad
 dimicandum nostris uidebat fossas duas directas nō
 ita magno medio interuallo relicto iiii. pedum altitu-
 dinis in eum locum deduxit quo longius constituerat
 suam non producere aciem: inter has fossas acie sem-
 per instruebat. Equitatum autem omnem ab late-
 ribus extra fossam collocabat: qui neq; aliter utilis
 esse poterat: & multum numero anteibat nostrum
 equitatum. Domitius autem cum cesaris regis peri-
 culo q̄ suo commoueretur: neq; se tuto discessurum
 arbitraretur: si conditiones quas reiecerat rursus ap-
 peteret: aut sine causa discederet: ex propinquis
 castris in aciem exercitum eduxit xxxvi. legionem
 in dextro cornu collocauit: ponticam in sinistro: de-
 iotari legiones in medianam aciem contulit. Quibus tñ

angustissimum intervallum frontis reliquit: reliquis cohortibus in insidijs collocatis sic utrinque acie instructa procellum est ad dimicandum. Signo sub idem tempus ab utroque dato concurrerunt acriter varique pugnantur. nam xxxvi. legio cum extra fossam in equitatu regis impetum fecisset: adeo secundum prelium fecit: ut moenibus oppidi succederet: fossamque transiret: auersosque hostes aggrediretur. At pontica ex altera parte legio cum paululum auersa hostibus cessisset: fossam autem circumire acies secundo conata esset: ut aperto latere aggrediretur: hostem in ipso transitu fossae confixa est. Deiotari vero legiones uix impetum sustinuerunt. Ita uictrices regis copiae cornu suo dextro mediaque acie conuerterunt se ad xxxvi. legionem: que tamen fortiter uincentium impetum sustinuit: magnis copijs hostium circumdata prestantissimo animo pugnant in orbem se recepit ad radices montium: quo pharnaces insequi propter iniquitatem loci noluit. Ita pontica legione pene tota amissa magna parte deiotari militum interfecta xxxvi. legio in loca se superiora contulit. ccl. desideratis. Ceciderunt eo prelio splendidi atque illustres uiri nonnulli equites romani. Quo tamen incommodo domitius accepto: reliquias exercitus dissipati collegit: itineribus tutis per cappadociam se in asiam recepit. PHARNACES rebus secundis elatus cum de cesare ea que optabat speraret: pontum omnibus copijs occupauit: ibique & uictor & crudelissimus Rex: cum sibi fortunam paternam felicioris euentu destinaret: multa oppida expugnauit: bona

ciuium romanorum ponticorumq; diripuit: suppli-
 cia constituit in eos qui aliquam forme atq; etatis
 commendationem habebant: & ea que morte es-
 sent miseriora: pontumq; nullo defendente pater-
 num regnum se glorians recepisse obtinebat. Sub
 idem tempus in illyrico est incommodum acceptū.
 Que provincia superioribus mensibus retenta non tā-
 tum sine ignominia: sed etiam cum laude erat. Namq;
 eo missus estate cum duabus legionibus. Q. corfinius
 cesaris questor pro pretore quanq; erat provincia
 minime copiosa ad exercitus alendos & finitimo
 bello ac dissensionibus confecta & uastata: tamen
 prudentia ac diligentia sua quod magnam curā sus-
 cipiebat: ne quo temere progrediretur & recepit
 & defendit. Namq; & castella complura locis editis
 posita: quorum opportunitas castellanos impellebat
 ad decursiones faciendas & bellum inferendum ex-
 pugnavit: eaq; preda milites donauit. Que & si
 erat tenuis: tamen in tanta provincie desperatio-
 ne erat grata presertim uirtute parata. & cū octa-
 uius ex fuga pharsalici prelii magna classe in illū
 se sinum contulisset: paucis nauibus iā destinorū
 quorum semper in re pu. singulare constituerat of-
 ficiū. Dispersis octauianis nauibus erat potius
 ita ut classe dimicare posset adiunctis captiuis
 nauibus sociorum & cum diuersissima parte orbis
 terrarum. Cui pompeium uictor sequeretur: com-
 pluresq; aduersarios in illyricum pp macedonie pro-
 pinquitatem se reliquis ex fuga collectis compu-
 lisse audiret: litteras ad gabinium mittit: uti cū

Caesar

legionibus tironum que nuper erant conscripte proficeretur in illyricum: coniunctisque copiis cum & corfinio si quod periculum provincie inferretur: depelleret. Sin ea non magnis copiis tuta esse posset in macedoniam legiones adduceret. Omnem enim illam partem regionemque uiuo. CN. pompeio bellum instauraturam esse credebat. Gabinius ut in illyricum uenit: hierno tempore anni ac difficili siue copiosiorem provinciam existimans: siue multum fortunę uictoris cesaris tribuens: siue uirtute & scientia sua confusus: qua sepe in bellis periclitatus magnas res & secundas ductu aususque suo gesserat: neque provincie facultatibus subleuabatur: que partim erat exinanita: partim infidelis neque nauibus intercluso mari tempestatibus commeatibus supportari poterat: Magnisque difficultatibus coactus non ut uolebat: sed ut necesse erat bellum gerebat ita cum durissimis tempestatibus propter inopiam castella aut oppida expugnare cogeretur: crebra incommoda accipiebat: adeoque est a barbaris contemptus: ut Salonam se recipiens in oppidum maritimum: quod ciues ro. fortissimi fidelissimique in agmine dimicare sit coactus. Quo prelio duobus milibus militum amplius amissis: centurionibus xxxviii. tribunis iiii. cum reliquis copiis salonam se recepit: summaque ibi difficultate rerum omnium pressus paucis mensibus morbo periit. Cuius & infelicitas uiui & subita mors in magnam spem octauium adduxit provincie potiunde. Quem tamen diutius in rebus secundis & fortuna que plurimum in bellis potest: diligentiaque corfinij: & uirtus uatinij passa non est uersari. Vatinius Brundisij cum esset: cognitis rebus que

geste erant in illyricum: cum tribus crebris litteris cor-
 finij ad auxilium provincie ferendum euocaretur: cū
 octaviūm audiret cum barbaris federa percussisse: cō-
 pluribusq; locis tironum & militum oppugnare presi-
 dia: partim classē per se: partim pedestribus copijs per
 barbaros: & si graui ualitudine affectus uix corporis ui-
 ribus animum sequebatur: tamen uirtute uicit incō-
 modum nature: difficultates hiemis & subite prepa-
 rationis. Nam cum ipse paucas in portu naues longas
 haberet: litteras in achaiam ad Q. calenum: ut sibi clas-
 sem mitteret destinauit. Quod cum tardius fieret
 q̄ periculum nostrorum flagitabat: qui sustinere
 impetum octauii non poterant: nauibus actuarijs qua-
 rum numerus erat satis magnum: magnitudine
 quanq; non satis iusta ad preliandum rottra ipse
 imposuit. His adiunctis nauibus longis & numero
 classis aucto: militibus ueteranis impositis quorum
 magnam copiam habebat: & omnibus legionarijs
 qui numero egorum relictī erant brundusij cum
 exercitus greci in greciam transportarentur profes-
 tus est in illyricum: maritimasq; non nullas ciuitates
 que defecerant: octauiūq; se tradiderant: partim re-
 cipiebat partim remanentes in suo consilio presterue-
 bebatur: nec sibi ullius rei moram necessitatēmq; in-
 iungebat: quū q̄ celerrime posset ipsum octauiūm pro-
 sequeretur. Hunc ab oppugnatione epidaurij terra
 mariq; ubi nostrum erat presidium aduentu suo dis-
 cedere intutum coegit: presidiumq; nostrum recepit.
 Octauius cum uatinium classem magna ex parte cō-
 fectam ex nauiculis actuarijs habere cognouisset: con-

his sua classe substitit in insulam tauridē. Qua regione uatinius insequens nauigabat: non quod uatinium ibi restitisse sciret: sed quod eum longius progressum insequi decreuerat: cum propius tauridem accessisset: distensis suis nauibus: quod & tempestas erat turbulenta: & nulla suspicio hostis repente aduersam uenientem ad se nauem: antennis ad medium malum dimissis instructam propugnatoribus animaduertit. Quod ubi conspexit: celeriter uela subduci dimittiq; antennas iussit: & milites armari & sublato uexillo quod pugnandi dabat signum: quę primę naues subsequēbantur: idem ut facerēt significabat. Parabant se uatiniiani repente oppressi. Parati deinceps octauiani ex portu procedebant. Instruitur utrinq; acies: ordine disposita magis octauiana: paratior militum animis uatiniiana. Uatinius cum animaduertet neq; nauium se magnitudine neq; numero parem esse fortuitę dimicationis fortunę rem committere maluit. Itaq; primus suam quinqueremem in dextram ipsius octauij impetum fecit. Celerrime fortissimęq; contra illo remigante naues aduersę rostris cucurrerunt adeo uehementer: ut nauis octauiana rostro discusso ligno contineretur. Committitur acriter reliquis locis pręlium: concurriturq; ad duces maxime. Nam cum suo quisq; auxilium ferret: magnum cominus in angusto mari pręlium factum est: quātōq; coniuictis magis nauibus confligendi potestas dabatur: tanto superiores erant uatiniiani: qui admiranda uirtute ex suis nauibus in hostium naues transilire non dubitabant: & dimicatione squata longe superiores uirtute

rem feliciter gerebant. Deprimuntur ipsius octauij quadri-
 remis: multę preterea capiuntur. aut rostris perforatę
 merguntur. Propugnatores octauij partim in nauibus
 iugulantur: partim in mare precipitantur. Ipse octa-
 uius se in scapham confert: In quam plures cum confu-
 gerent: depressa scapha: uulneratus tamen armatus
 ad suum mioparonem. Eo receptus cum prelium nox di-
 rimeret: tempestate magna uix profugit. Sequuntur
 hunc sue naues nonnullę: quas casus ab illo periculo ui-
 dicarat. At uatinius re bene gesta: receptui cecinit:
 suisq; omnibus incolumibus: in eum se portum uictor
 recepit: quo ex portu classis octauij ad dimicandum pro-
 cesserat. Capit eo prelio pentremem unam: triremes
 duas: dierutas viii. compluresq; remiges octauianos. Pos-
 teroq; ibi die dum suas captiuasq; naues reficeret: post
 diem tertium contendit in insulam ipsam: quia eo se
 recepisse ex fuga credebat octauium. Erat in ea nobi-
 lissimum regione oppidum earum coniunctissimūq;
 octauio. Quo ut uenit: oppidani supplices se uatinio
 dediderunt: comperitq; ipsum octauium paruis pau-
 cisq; nauigijs uento secundo regionem grecię petisse:
 inde ut siciliam deinde ut africanam caperet. Ita bre-
 ui spatio re preclarissime gesta: prouincia recepta: &
 confirmo reddita: classe aduersariorum ex illo toto si-
 nu expulsa: uictor se brundisium incolumi exercitu
 & classe recepit. His autem temporibus quibus cesar
 ad dyrachium pompeium obsidebat: Q. cassius longinus
 in hispania pro pretore prouincię ulterioris obtinende
 causa relictus siue consuetudine nature sue: siue odio
 quo in illam prouinciam susceperat questor ex insidijs

ibi uulneratus: magnas odij sui fecerat accessiones: quo uel ex conscientia sua cum de se mutuo sentire provinciam crederet: uel motus signis & testimoniis eorum q̄ difficulter odia dissimulant: animaduertere poterat & compensare offensionem provincie: exercitus amorem augere cupiebat. Itaq; cum primum in unum locum exercitum conduxit sextertia c. militibus est pollicitus: nec multo postq̄ in lusitania medrobega oppidum montemq; herminium expugnasset: quo medobrigenses confugerant: ibiq; imperator esset appellatus: iterum sextertijs c. milites donauit. Multa preterea & magna premia singulis concedebat quae speciosum reddebant presentem exercitus amorem: paulatim tamen & occulte militarem disciplinam seueritatemq; minuebat. Cassius Legionibus in hibernia dispositis ad iusdicendum cordubam se recepit: contractumq; in ea es alienum grauissimis oneribus constituit exsoluere: & ut largitionis postulat consuetudo per causam liberalitatis speciosa exempla largitionum querebantur: pecuniae locupletibus imperabantur: quas longinus sibi expensas ferri non tantum patiebatur: sed etiam cogebat: in gregem locupletum simultatum cause tenues conijciebantur. Neq; ullum genus questus aut magni & euidentis aut minimi & sordidi pretermittebatur: quo domus & tribunal imperatoris uacare: nemo erat qui modo aliquam iacturam facere posset: quin aut uadimonio teneretur: aut in reos referretur. Ita magna etiam sollicitudo periculorum ad iacturas & detrimenta rei familiaris adiungebatur. Quibus de causis accidit: ut cum longinus imperator eadem faceret

que fecerat questor similia rursus de morte eius prou-
 ciales consilia mirentur: horum odium confirmabant: non
 nulli familiares eius: qui cum in illa societate uersarentur
 rapinarum: nihilominus oderant eum cuius nomine pec-
 cabant: sibiq; quod rapuerant acceptum referebant: qd
 intercideret aut erat interpellatum: cassio assignabant.
 Quintam Legionem nouam conscribit. Augetur odium:
 & in ipso delectu & sumptu addite legionis complentur.
 equitum. iii. mil. maximisq; ornantur impensis: nec pro-
 uincis datur ulla requies. Interim litteras accipit à cesa-
 re: ut in africanam exercitum traiceret: perq; mauritani-
 am ad finem numidie perueniret: quod magna. Cui pom-
 peio iuba miserat auxilia: maioraq; missurus existima-
 batur. Quibus litteris acceptis insolenti uoluntate effere-
 batur: quod sibi nouarum prouinciarum & fertillissimi
 regni tanta oblata esset facultas. Itaq; ipse in Lusitania
 proficiscitur ad legiones accersendas: auxiliaq; adducen-
 da: certis hominibus dat negocium: ut frumentum &
 naues. c. prepararentur: pecunięq; describerentur atq;
 imperarentur: ne qua res cum redisset moraretur. Re-
 ditus eius fuit celerior omnium opinione: non enim labor
 aut uigilantia cupienti presertim aliquid cassio deerat.
 Exercitu coacto in unum locum: castris ad cordubam po-
 sitis: pro contione militibus exponit quas res cesaris iussu
 gerere deberet: polliceturq; iis cum in mauritaniam tra-
 iecisset: sextertia se daturum. Quintam fore in hispania
 legionem: ex contione cordubam se recepit. Eoq; die
 tempore post meridiano cum in basilicam iret: quidam
 minutius solo cliens. L. racilius libellum quasi ab eo aliqd
 postularet: ut milies ei tradidit. Deinde post racilium

(nam is latus cassij tegebat) quasi responsum ab eo peteret. celeriter dato loco cum se insinuallet sinistra corripit eum. dextraque bis ferit pugione clamore sublato. Fit coniuratis impetus uniuersis. Municius flaccum proximum gladio traiecit lictorem. Hoc interfecto. Q. cassium legatum uulnerat. Ibi cassius & L. mergalio simili confidentia flaccum municipem suum adiuuant. Erant enim omnes italicenses ad ipsum Longinum. L. licinius squillus inuolat: iacentemque leuibus sauciat plagis. Concurrens ad cassium defendendum. semper enim uerrones compluresque euocatos cum telis secum habere consueuerat. A quibus ceteri intercluduntur: qui ad cedem faciendam subsequabantur. Quo in numero fuit Calpurnius saluianus: & manilius tuscus. Minutius inter saxa que iaciebantur in itinere fugiens opprimitur: & relato domum cassio ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum familiaris sui confert: dum certum cognosceret confectus ne cassius esset. L. laterensis cum id non dubitaret accurrit letus in castra militibusque uernaculis & sedem legionis quibus odio sciebat precipue cassium esse gratulatur. Tollitur a multitudine in tribunal: pretor appellatur. Nemo est aut in provincia natus aut uernacule legionis militia aut diuturnitate iam factus provincialis. Quo in numero erat secunda legio qui non cum omni provincia consenserat in odio cassij. Nam legiones triginta & xvi. paucis mensibus in italia scriptas cesar attribuerat Longino. Quinta legio nuper ibi erat confecta. Interim nuntiatum laterensi uiuere cassium. Quo nuncio: dolore magis permotus quam animo perturbatus: reficit se celeriter.

& ad cassium uisendum proficiscitur. Re cognita xxx.
 legio signa cordubam infert ad auxilium ferendum im-
 peratori suo. Facit hoc idem xxi. Subsequitur has v. Cū
 duę legiones essent in castris: secunda ueriti ne soli reli-
 querentur atq; ex eo quid sensissent iudicaretur: secu-
 ti sunt factum superiorum. Permanfit insententia legio
 uernacula: nec ullo timore de gradu deiecta est. Cassi-
 us eos qui nominati fuerant conscij cedis: iubet compre-
 hendi. Legionem quintam in castra remittit: cohorti-
 bus xxx. retentis inditicio minutij cognoscit. L. racilium:
 & L. laterensem & Amium scapulam maxime digni-
 tatis & gratie prouincialem hominem sibiq; tam fami-
 liarem q; laterensem: & racilium in eandem fuisse co-
 iuratione. Nec diu moratur dolorem suum quin eos
 interfici iubeat. Minutium libertis tradit excruciadū:
 item calphurnium saluarium qui profitetur indicium
 coniuratorumq; numerum auget: uere ut quidam
 existimant: ut nonnulli queruntur: coactus eundem
 cruciatibus affecit. A. L. marcellio squillo nominati plu-
 res quos cassius interfici iube: exceptis illis qui se pecu-
 nia redemerunt. Nam palam sextertijs decem cum. Q.
 calphurnio paciscitur: & cum. Q. sextio. L. qui si maxime
 nocentes sunt: mulctati tamen periculum uite dolorq;
 uulnerum & pecunie remissio crudelitatem cum auari-
 tia certasse significabat. Aliquot post diebus litteras a
 cesare missas accipit: quibus cognoscit pompeium in a-
 cie uictum amissis copijs fugisse. Qua re cognita mix-
 tam dolori uoluptatem capiebat uictorie. Huncius le-
 titiam exprimebat. Confectum bellum licentiam tem-
 porum intercludebat. Sic erat dubius animus utruz

nihil timere: an omnia licere mallet. Sanatis uulneribus accersit omnes qui sibi pecunias expensas tulerant: acceptasque eas iubet referri: quibus parum uidebatur imposuisse oneris: ampliore pecuniam imperat: eademque ratione delectus instituit. Quosque ex omnibus conuentibus coloniisque conscriptos habebat: transmarina militia perterritos ad sacramenti redemptionem uocabat. Magna hoc fuit uedtigal: maius tamen crescebat odium. His rebus confectis: totum exercitum lustrat: Legionem quas in africanam ducturus erat: & auxilia mittit ad traiectum. Ipse classem quam parabat: ut inspiceret. Hispalim accedit ibique moratur: propterea quod edictum tota provincia proposuerat: ut quibus pecunias imperasset: neque contulissent se adirent que euocatio uehementer omnes perturbauit. Interim L. Titurius qui eo tempore tribunus militum in legione uernacula fuerat nunciat fama legionem xxx. quam Q. Cassius legatus simul ducebat cum ad oppidum leptim castra haberet: se ditione facta centurionibusque aliquot excisis qui signa tolli non patiebantur discessisse & ad ad secundam legionem contendisse: que ad fretum alio itinere ducebatur. Cognita re noctu quidem cum quinque cohortibus die xxviii. egreditur mane peruenit: ibi eum diem ut quid ageretur prospiceret moratus carbonem contendit. Huc cum legio xxx. & xxi. & cohortes tres ex ii. legione & quinque legiones: totisque conuenisset equitatus audit quattuor cohortes a uernaculis oppressas ad obuculam cum his ad secundam uenisse legionem: omnesque ibi se coniunxisse: & T. Corium italicen-

sem ducem delegisse: celeriter habito consilio Marcel-
 lum cordubam ut eam in potestate retineret. Q. Cassi-
 um hispalim mittit. Laucis ei diebus affertur conuen-
 tum cordubensem ab eo defecisse. Marcellumq; aut uo-
 luntate aut necessitate obductum nam id uane nun-
 ciabatur consentire cum cordubensibus: duasq; cohori-
 tes legionis quinte que fuerant cordube in presidio
 idem facere. Cassius his rebus incensus mouet castra &
 postero die segoniam ad flumen siciliense uenit: ibi
 habita contione militum temptat animos quos cognos-
 cit non sua sed cesaris absentis causa sibi fidissimos esse:
 nullumq; periculum deprecaturus: dum per eos cesa-
 ri prouincia restitueretur. Interim thorius ad cordu-
 bam ueteres legiones adducit: ac ne dissensionis initiu
 natum sediciosa militum suaq; natura uideretur: simul
 ut contra Q. Cassium qui cesaris nomine maioribus
 uiribus uti uidebatur eque se potentem opponeret:
 & dignitatem. Cui pompeio se prouinciamq; recupera-
 re uelle palam dictitabat: & forsitan hec fecerit odio
 cesaris nois maioribus uiribus & amore pompeii cuius
 nomen multum poterat apud eas legiones quas M.
 uarro obtinuerat. Sed id qua mente commotus fece-
 rit coniectura sciri potest: certe hoc pre se chorius fere-
 bat: milites adeo fatebantur: quod. Cui pompeii nome
 in scutis scriptum haberent: eque frequens legionum co-
 uentus obuiam prodit neq; tantum uirorum sed etia
 matrum familias ac pretextatorum: deprecaturq; ne
 hostili aduentu cordubam diriperent. Nam se contra
 cassium consentire cum omnibus contra cesarem ne-
 facere cogerentur orare. Tante multitudinis precibus

at deuotaturus

prosequendum nihil opus
esse. Cui pompeii nomine
& memoria

& lacrimis exercitus commotus cum uideret ad cas-
sum tamque omnibus cesarianis quam pompeianis longinuum
esse in odio neque se conuentum: neque M. marcellum
contra cesaris causam posse perducere: nomen pompe-
ii ex scutis detraxerunt. Marcellum qui se cesaris cau-
sam defensurum profitebatur ducem asciuerunt: pre-
toremque appellauerunt: & conuentum sibi adiunxe-
runt: castraque ad cordubam posuerunt. Cassius eo bi-
duo circiter milia passus a corduba circa flumen beti
in oppidi conspectu loco excelso facit castra. Litteras
ad Regem Bogudem in mauritaniam: & M. lepidum
proconsulem in hispania citeriorem mittit subsidio
sibi provinciaeque cesaris causa quam primum uenire. Ipse
hostili modo cordubensium agros uastat: edificia in-
cendit: cuius rei deformitate atque in dignitate legi-
ones quae sibi ducem marcellum ceperant ad eum
concurrerunt: ut in aciem ducerentur. orant pri-
usque confluendi sibi potestas fieret: quod cum tanta con-
tumelia nobilissime carissimaeque possessiones cordube-
suum in conspectu suo rapinis, ferro, flammaque consume-
rentur. Marcellus cum confluere miserimum pu-
taret: quod & uictoris & uicti detrimentum ad eun-
dem cesarem esset redundaturum: neque suae potestatis
esset: legiones betim traducit: aciemque instruit: cum cas-
sius contra pro suis castris aciem instruxisset loco supe-
riore causa interposita quod is in equum non descen-
deret. Marcellus militibus persuadet: ut se recipiant
in castra. Itaque copias reducere cepit. Cassius quo
bono ualebat: marcellumque infirmum esse sciebat:
aggressus equitatu legionarios se recipientes complures

nouissimos in fluminis ripis interfecit: cum hoc de-
 trimento quid transitus fluminis usus difficultatisque
 haberet: cognitum esset: marcellus beti castra transfert:
 crebroque uterque legiones in aciem educit: neque tamen
 conflagitur propter locorum difficultates: eratque copiis pedes-
 tribus multo firmior marcellus: habebat enim uetera-
 nas multisque preliis expertas legiones: cassius magis fidei
 quam uirtuti legionum confidebat. Itaque cum castra castris
 collata essent: & marcellus locum idoneum castello ce-
 pisset quo prohibere aquas cassianos posset. Longinus
 ueritus ne genere quodam obsidionis clauderetur in
 regionibus eius sibi que infestis noctu silentio e castris profi-
 cisatur: celerique itinere ullam contendit: quod sibi fi-
 dele esse oppidum credebat. Ibi adeo coniuncta ponit
 moenibus castra ut est loci natura. Namque ulla in e-
 dito monte posita est: ut ipsa munitione urbis undique
 ab oppugnatione tutus esset. Hunc marcellus insequi-
 tur: quod proxime potest: ulla castra castris confert: lo-
 corumque cognita natura quo maxime rem deduce-
 re uolebat: necessitate est adductus: ut neque confli-
 geret: cuius rei si facultas esset: restitere incitatis
 militibus menibus non poterat neque uagari cassium
 latius pateretur: ne plures ciuitates ea paterentur: que
 passi erant cordubenses castellis idoneis locis collo-
 catis operibus in circuitu oppidi continuatis uillam
 cassiumque munitionibus clausit. Quae priusque per-
 ficerentur: Longinus omnem suum equitatum emi-
 sit: quo sibi usui fore credebat: si pabulari frumenta-
 riisque marcellum non pateretur. Magna autem fo-
 re impedimento: si clausus obsidione: & inutilis

necessarium consumeret frumentum. Paucisq; diebus
cassij litteris acceptis: Rex bochus cum copijs uenit: ad-
iungitq; ei legionem quam secum adduxerat: complu-
resq; cohortes auxiliares hispanorum. Namq; ut in
ciuilibus dissensionibus accidere consuevit intempori-
bus illis in hispania non nullę ciuitates rebus cassij stu-
debant complures marcello fauebant. Accedit cū
copijs bogus ad exteriores marcelli munitiones pu-
gnatur utrinq; acriter: crebroq; id accidit. Fortu-
na semper ad utriusq; uictoriam transferente nec
tamen unq; ab operibus depellitur marcellus. Inte-
rim Lepidus ex citeriore prouincia cū cohortibus le-
gionarijs xxxv. magniq; numero equitum & reliquo-
rum auxiliorum uenit ea mente nullam: ut sine ul-
lo studio contentionem cassij marcelliq; componeret.
Huic uenienti sine dubitatione se credit atq; offert mar-
cellus. Cassius contra suis se tenet presidijs siue eo qđ
plus sibi iuris deberi qđ marcello existimabat: siue eo
quod ne preoccupatus animus lepidi esset obsequio aduer-
sarij uerebatur. Ponit ad ullam castra Lepidus: neq; habet
a marcello quicq; diuisi ne pugnetur interdicat. Ad
exeundum cassium inuitat: fidemq; suam in omni re
interponit. Cum diu dubitasset cassius quid sibi faciē-
dum: quidue lepidi esset credendum: neq; ullum exi-
tum consilij sui reperiret si permaneret insententia:
postulat uti munitiones disicerentur: sibiq; liber exi-
tus daretur: non tantum dūctis factis: sed prope iam
constituta opera complanarent: custodiq; munitio-
num essent deductę: auxilia regis in id castellum
marcelli quod proximum erat regis castris: neq; opi-

nantibus omnibus: si tamen in omnibus fuit cassius: nā
 de huiusmodi conscientia dubitabatur: impetum fece-
 runt: compluresq; ibi milites oppresserunt. Quod nisi ce-
 leriter indignatione & auxilijs lepidi praelium esset de-
 remptum: maior calamitas esset accepta: cum iter cas-
 sio patefactum esset. Castra marcellus cum lepido coniū-
 git. Lepidus eodem tempore marcellusq; cordubam.
 Cassius cum suis proficiscitur narbonem. Subidem tēpus
 Trebonius proconsul ad prouinciam obtinendam uenit:
 de cuius aduentu ut cognouit cassius legiones quas secum
 habuerat: equitatumq; in hiberna distribuit. Ipse omni-
 bus suis rebus celeriter correptis: in malacam contendit.
 Ibiq; aduerso tempore nauigandi naues conscendit: ut
 ipse predicabat ne se lepido & trebonio & marcello cō-
 mitteret ut amici eius dictitabant: ne per eam prouī-
 ciam minore cum dignitate iter faceret: cuius magna
 pars ab eo defecerat: ut ceteri existimabant ne pecu-
 nia illa ex infinitis rapinis confecta in potestatem cuiusq;
 ueniret. Progressus secunda hiberna tempestate: cum
 ad hiberum flumen noctis uitandę causa se contulisset:
 inde paulo uehementiore tempestate: nihil periculosi-
 us se nauigaturum credens profectus aduersis fluctibus
 occurrentibus in hostio fluminis in ipsis faucibus cum
 neq; flectere nauim pp uim fluminis: neq; directam
 tantis fluctibus tenere posset: demersa naue periit.
 Cum in Syriam cesar ex egypto ueniret: atq; ab iis qui
 roma uenerant ad eum cognosceret: litterisq; urbanis
 animaduerteteret multa romę male & inutiliter admi-
 nistrari neq; ullam partem rei pu. satis cōmode geri: qd
 & contentionibus tribunatus perniciosę seditiones oriret^r.

& ambitione atq; indiligentia tribunorum militum & qui legionibus preerant multa contra morem consuetudinemq; militarem fierent que dissoluende discipline seueritatisq; essent: eaq; omnia flagitare aduentu suum uideret: tamen preferendum existimauit: quas in prouincias regionesq; uenisse: eas ita relinquere constituit: ut domesticis dissensionibus liberarentur: iura legesq; acciperent: & externorum hostium metum deponeret. Hæc in Syria, cilyciâq; alia celeriter se confecturum sperabat: quod hæ prouinciæ nullo bello premebantur. In bithinia ac ponto plus oneris sibi uidebat impendere. Non excessisse enim ponto pharnacem audiebat: neq; excessurum putabat: cum secundo prelio uehementer esset inflatus quod contra domitium caluinum fecerat. Commoratus ferè in omnibus ciuitatibus que maiores sunt dignitate premia benemeritis & uixitum & publice tribuit: de controuersis ueteribus cognoscit ac statuit. Reges tyranos dynastas prouinciæ finitimosque. Qui omnes quoad eum conuenerant receptos infide conditionibus impositis prouinciæ tuende ac defendende dimittit: & sibi & rei pu. amicissimos. Laucis diebus in ea prouincia consumptis Sextum cesarem amicum & necessarium suum legionibus Syriæq; preficit. Ipse eadem classe qua uenerat proficiscitur in cilyciam: cuius prouinciæ ciuitates omnes euocat. Tarsum quod oppidum ferè totius cilyciæ nobilissimum fortissimumq; est: ibi rebus omnibus prouinciæ et finitimarum ciuitatum constitutis: cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur: magnisq; itineribus per cappadociam confectis.

biduum mazace commoratus uenit comana uetustis-
 simum & sanctissimum in cappadocia bellone templū.
 quod tanta religione colitur ut sacerdos eius deꝝ im-
 perio & potentia secundus à rege consensu gentis illis
 habeatur. Id homini nobilissimo nicomedi bithinio ad-
 iudicauit: qui regio cappadocum genere ortus prop-
 ter aduersam fortunam maiorum suorum mutatione
 q̄ generis iure minime dubio uetustate tamen inter-
 misso sacerdotio id repetebat. Fratrem autem ariobar-
 zanis ariarathem: cum bene meritis uterq; eorum de
 re pu. esset: ne aut regni hereditas ariarathem sollici-
 taret: aut reges regni terreret: ariobarzani attribuit
 qui sub eius imperio ac ditione esset. Ipse iter inceptū
 simili uelocitate simili uelocitate conficere cepit. Cū
 propius pontum finesq; gallogrecie accessisset deiota-
 rus thetharcha gallogrecie tum quidem penē totius
 quod ei neq; moribus neq; legibus concessum esse: ceteri
 thetharche contendebant sine dubio autem Rex ar-
 moenie minoris absenatu appellatus depositis regis insi-
 gnibus: neq; tantum priuato uestitu: sed etiam reorū
 habitu supplex ad cesarem uenit oratum: ut sibi ignos-
 ceret: quod in ea parte positus terrarum que nulla pre-
 lida cesaris habuisset exercitibus imperiisq; in. CN. pō-
 peii castis fuisset: neq; enim se debuisse iudicem esse
 controuersiarum populi ro.: sed parere presentibus im-
 perijs. Contra quem cesar cum plurima sua comme-
 morasset officia que consul ei decretis publicis tribuis-
 set. Cūmq; defectionem eius nullam posse excusatio-
 nem eius imprudentis recipere coarguisset: quod ho-
 mo tantę prudentis ac diligentis scire potuisset: quis



urbem italiamq; teneret: ubi senatus populusq; ro. ubi
res pu. esset: quis deinde L. lentulum C. marcellum
consules: sed tamen se concedere id factum superio-
ribus suis beneficijs ueteri hospicio atq; amicitijs ac di-
gnitati etatiq; hominis precibus eorum: qui frequentes
concurrissent hospites atq; amici deiotari ad deprecā-
dum: de controuersijs thetrarcharū postea cogniturū
se esse dixit. Regium uestitum ei restituit. Legionem
autem eam quam ex genere ciuium suorum deio-
tarij natura disciplinaq; nostra constitutam habebat:
equitatumq; omnem ad bellum gerendum adduce-
re iussit. Cum in pontum uenisset: copiasq; omnes
in unum locum coegisset: quę numero atq; exercita-
tione bellorum mediocres erant: excepta enim legio-
ne sexta quam secum adduxerat alexandria uete-
ramam multis laboribus periculisq; functam mul-
tisq; militibus partim difficultate itinerum ac na-
uigationum: partim crebritate bellorum adeo dimi-
nutam ut minus mille hominum in ea esset. Reliquę
erant iii. legiones una deiotari: duę quas in eo prelio
quod CH. domicium fesse cum pharnace scripsimus
fuerant. Legati ab pharnace missi cesarem aduunt:
atq; i primis deprecantur: ne eius aduentus hostilis
esset: facturum enim omnia pharnacem qua impe-
rata essent maximęq; commemorabat nulla pharna-
cem auxilia contra cesarem pompeio dare uoluisse:
cum deiotarus qui dedisset: tamen ei satisfecisset.
Cesar respondit se fore equissimum pharnaci si quę
pollice retur: representaturus esset. Monebat aut
ut solebat mitib; xbis legatos nec aut deiotarū sibi

obiccerat

obiecerant aut nimis eo gloriarentur beneficio: quod
 auxilia pompeio non misissent. Nam se neque libentius
 facere quisquam quam supplicibus ignoscere neque provinciarum
 publicas iniurias iis posse qui non fuissent in se officio-
 si: quoniam id ipsum quod memorarentur officium
 fuisset utile pharnaci qui prouidisset ne uinceretur:
 quam sibi dii immortales uictoriam tribuissent. Itaque
 se magnas & graues iniurias ciuium romanorum qui
 in ponto negociati essent. Quae quoniam in integrum
 restituere non posset concedere pharnaci: nam neque
 interfectis amissam uitam: exseptisque uirilitatem res-
 tituere posse: quod quidem supplicium grauius morte
 ciues romani subissent: ponto uero decederet confes-
 tim: familiasque publicanorum remitteret: ceteraque
 restitueret: socijs ciuibisque romanis quae penes eum
 essent. Si fecisset: iam tunc sibi mitteret munera
 ac dona quae bene rebus gestis imperatores ab amicis
 accipere consuessent. Miserat enim pharnaces coro-
 nam auream. His responsis datis legatos remisit. At
 pharnaces liberaliter omnia pollicitus: cum festina-
 tem ac precurrentem cesarem speraret: libentius
 etiam crediturum suis promissis: quae res pateretur: quae
 celarius honestiusque ad res magis necessarias proficis-
 ceretur existimabat: nemini enim erat ignotum
 plurimis de causis ad urbem cesarem reuocari: len-
 tius agere: decedendi diem postulare: longiores
 pactiones interponere in summa frustrari coepit.
 Caesar cognita calliditate hominis: quod alijs tempo-
 ribus natura facere consuueerat: tunc necessita-
 te fecit adductus: ut celarius omnium opinione

manum confereret. Zela est oppidum in ponto positum ipsum ut in plano loco satis munitum: tumulus enim naturalis uelut manufactus excelso undique fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido magni multiq; intercisi colles uallibus: quorum editissimus unus qui propter uictoriam Mithridatis & infelicitatem triarii exercitus detrimentumq; nostri superioribus locis atq; itineribus pene coniunctis oppido magnam in illis partibus habet nobilitatem: nec multo longius pass. iiii. abest a Zela. Hunc locum Pharnaces ueteribus paternorum felicium castrorum refectum operibus copiis suis omnibus occupauit. Caesar cum ab hoste multo passuum v. castra posuisset: uideretq; eas ualles quibus regia castra munitur: eodem interuallo sua castra munitura si modo ea loca hostes priores non cepissent: que multo erant propiora regis castris: aggerem comportari iubet inter munitiones. Quo celeriter collato proxima nocte uigilia quarta legionibus omnibus expeditis impedimentisq; in castris relictis prima luce neq; opinantibus hostibus ipsum locum cepit: in quo Mithridates secundum prelium aduersus Triarium fecerat. Huc omnem comportari aggerem ex castris: seruitia aggeri iussit ne quis ab opere miles discederet: cum spatium non amplius .m. pass. intercisa uallis castra hostium diuideret ab opere incepto Cesaris castrorum. Pharnaces cum id repente prima luce animaduertisset: copias suas omnes pro castris instruxit: Quas interposita tanta locorum iniquitate: consuetudine magis peruulgata militari credebat

instrui. Cesar uel ad opus suum tardandum: quo plu-
 res in armis tenerentur: uel ad ostentationem regie
 fiducia: ne munitione magis q̄ manu defendere lo-
 cum pharnaces uideretur. Itaq; deterritus non est: quo
 minus prima acie pro uallo instructa reliqua pars exer-
 citus opus faceret. At pharnaces impulsus siue locife-
 licitate siue suspicijs & religionibus inductus quibus
 obtemperasse eum postea audiebamus siue paucitate
 nostrorum qui in armis erant comperta causa mo-
 re operis quotidiani magnam illam seuorum multi-
 tudinem que aggerem portabat: militum esse credi-
 disse: siue etiam fiducia ueterani exercitus sui que
 cum legione xxii. in acie conflixisse & uicisse legati
 eius gloriabantur. simul contemptu exercitus nostri
 quem pulsum a se domitio duce sciebat: inuito consi-
 lio dimicandi descendere prerupta ualle cepit. Cuius
 aliquandiu cesar irridebat inanem ostentationem:
 & eo loco militum cohortationem: quem in locum
 nemo sanus hostis subiturus esset. Cum interim pha-
 naces eodem gradu quo in preruptam descenderat
 uallem: descendere aduersus arduum collem instrud-
 tis copijs cepit. Cesar incredibili eius uel temeritate
 ut fiducia commotus: neq; opinatus imperatusq; op-
 pressos eodem tempore milites ab operibus uocat: ar-
 ma capere iubet: legiones opponit: aciemq; instruit.
 Cuius rei subita trepidatio magnum terrorem attulit
 nostris. Non dum ordinibus instructis: falcate regie
 quadrigę permixtos milites perturbant. Que tam
 celeriter multitudine telorum opprimuntur. Inse-
 quitur has acies hostium & clamore sublato confli-

git: multum adiuuante natura loci: plurimum deo-
rum immortalium benignitate: qui cum omnibus
casibus bellis intersunt: tum precipue eis quibus nihil
ratione potuit administrari. Magno atq; acri pre-
lio cominus facto dextro cornu: quo ueterana sexta
legio erat collocata initium uictorie natum est. Cū
ab ea parte in procliu detrunderentur hostes multo tar-
dius: sed tamen eisdem dijs iuuantibus sinistro à cor-
nu mediaq; acie totę profligantur copie regis: quę
q; facile subierant iniquum locum tam celeriter gra-
du pulse premebantur loci iniquitate. Itaq; mt-
tis militibus partim interfectis: partim suorum ruina oppres-
sis: qui uelocitate effugere poterant: armis tamen proie-
tis: uallem transgressi nihil ex loco superiore inermes per-
ficere poterant. At nostri uictoria elati subire iniquū
locum: munitionesq; aggredi non dubitant. Defende-
tibus autem his cohortibus castra: quas pharnaces pre-
sidio reliquerat: celeriter castris hostium sunt potiti in-
terfecta multitudine omnium suorum aut capta: Phā-
naces cum paucis equitibus profugit: cui nisi castrorū
oppugnatio facultatem attulisset liberius profugiedi:
uiuus in cesaris potestatem adductus esset. Tali uicto-
ria totiens uictor cesar incredibili est letitia affec-
tus quod maximum bellum tanta celeritate conse-
cerat: quodq; subiti periculi recordatione est letior:
quod uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat.
Ponto ergo recepto preda omni regia militibus condo-
nata: postero die cum expeditis equitibus ipse proficis-
citur. Legionem sextam decedere ad premia atq;
honores accipiendos in italiam iubet. Auxilia deiotari